



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui sibiipsis voluntariè mortem inferunt. cxxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

iano no- biliff. viro directa. cap. 11. ne quod, apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentia quodammodo genuit contra hoc, quod quisque prædicator querit iustitia amas, dicente Apostolo: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus vt non contristemini, sicut & ceteri qui spe non habent. Hac itaque frater charissime ratione prospecta studendum nobis est, vt sicut diximus, non de mortuis affligamur, sed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & sit ad fructum dilectio. Desine igitur charissime mœrorem, & assume spiritalem fructum lætitiæ, ad vtilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, seruorumque eius profectum, & vitæ huius quæcunque sunt spacia, æternis diuinisque officiis illustrare contende, vt qui insignem te præstitit, reddat sibi per secula clariorem.

De illis qui sibiipsis voluntarie mortem inferunt.

Caput CXXX.

Ex cõcil. Braggar. cap. 10. **P**lacuit vt hi qui sibiipsis voluntariè, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per suspendiũ, vel quolibet modo inferunt mortem: nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurparunt. Similiter & he his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur.

De eadem re. Cap. CXXXI.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 5. **Q**vicunque se propria voluntate, aut in aquam iactauerit, aut collum ligauerit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntariè se morti tradiderit, istius oblatio non recipiatur.

De illis qui cum infidelibus cibum sumere præsumpserint. Cap. CXXXII.

Ex cõcil. Elibertã. **S**I verò quis clericus vel fidelis cum Iudæis cibum sumserit, placuit eum à communionem abstineri, vt debeat emendari.

De illis qui apostatant, & ad idolatriam se conuertunt. Cap. CXXXIII.

Ex codẽ. **A**dictum est etiam quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos à Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant